

PREFACE

[1r] PROEMIUM

§Pref.1 *The beautiful and unique work of Jean de Terre Rouge, doctor in both laws, formerly an advocat in Nimes, which consists of three tracts prepared by Jacques Bonaudi de Sauset, licensee in both laws, along with his marginal commentary.*

§Pref.2 *The kingdom of France is like a vineyard, planted by the King of Kings, and just as He once established the kingdom of Israel as the home of a chosen people, so too He blessed the kingdom of France by sending a vial of holy oil for the baptism of Clovis by St. Remi.¹*

§Pref.1 Aureum singulareque opus Joannis de terra rubea Jur. utri. do. celeberrimi Regii quondam apud nemausus advocati meritissimi in se tres pertinens tractatus cum apparatus Jacobi bonaudi de sauset Jur. utri. Licen. una cum additionibus marginalibus.

§Pref.2 Rex regum dominus rerumque creator omnium. In diebus legis nature pariter et scripte peculiarem populum sibi in utraque eligebat Genesis. xi. x. xii. c. [Genesis, 10-12]. Hinc Exo. xix. [Exodus, 19, 6]: "Vos eritis mihi regnum sacerdotale." Et Deut. vii. [Deuteron., 7, 6]: "Te elegit dominus deus tuus, ut sis et populus peculiaris de cunctis populis: quae sunt super terram," etc. Sic et in evo [gratie](#)^{†gl} vineam regnum, equidem regnum francie plantavit praelectam dilecto suo regnum inquam francorum et successor[1v]ibus eius. Quam [septuit](#)^{†gl} ducibus videlicet et comitibus militibus strennuis: ac virtuosis proceribus pro illius tuitione: ac turrim tronum quidem iustitie. Dum capitulis parlamentis Et excelsis ex lapidibus preciosis proceribus iure videlicet: ac scientia: et sapientia admirabili et intelligentia laudabili rutilantibus singulari modo constructum edificavit in [5r]² medio eius videlicet parrhisius quasi in medio regni. Et torcular id est praecepta iudicialia, leges, et constitutiones, quibus iniqui catholici solent. Et cunctorum vita moderari exiruxit in eadem: ut sit iustitia: et rectum iudicium: Quibus regni uniuscuiuscumque firmatus solium. Ob que vineam plantaverat, id est, regnum plantaverat: turrimque, id est, iustitie tronum extruxerat: ut ibi firmius relucere. Quemadmodum vero vineam, id est, regnum de israel, quam de egypto ut in psal. quod regis israel ad terram promissionis transtulerat sibi dedicaverat singularem. deutero. vii, illius solium obnixius approbando. Sic equidem hanc vineam, id est, francie regnum. Quando de egypto, id est, superstitione paganica ad christi sponsam deduxerat ecclesiam sacrosanctam. Quando Clodoneum regem francie beatus Remigius baptizavit : in peculiare regnum constituit fructuosos viros ecclesiasticos siquidem : ac saeculares artium iurisque divini at humani: radiis coruscantes milites: pugillesque iusticie. Et alios

¹ Thus the trials and tribulations of the ancient kingdom of Israel are recapitulated in the perils being faced by modern France—a basic premise underlying Terrevermeille’s argumentation throughout the *Tractatus*.

² This is not a mistake: from this point on fol. 1^v (after the words “edificavit in”) the text leaps to fol. 5^r (inner left column, at the words “medio eius”) because all of intervening folios 2, 3, & 4—recto and verso—are devoted to Bonaud de Sauset’s gloss on the word “septuit”.

PREFACE

§Pref.3 *Consecration of French kings by the holy oil makes the vineyard-kingdom of France singularly elect among all other domains.*

§Pref.4 *The tribulations of kingship.*

virtuosus ac suorum dominiorum varias species palmites de mari ut in psal. [Psalm 79, 12] qui regem israel ad mare.

§Pref.3 Et usque ad flumen Rodani pertendentem: ut autem pre principibus, id est, pre aliis^{†g1} regibus et dominis suis electam scilicet vineam regnum videlicet francie. Et regem eius peculiarem sibi rerum creator comprobaret: oleo leticie sancto suo. quo dilectus suus rex francorum et illius successores : per archiepiscopum remensem ungerentur. Celitus "per angelum in specie columbe visibili, in qua specie paraclitus in baptisino christi, super eum descendit," Luce. iii. [Luke 3, 22] ex singulari munere legimus decorasse. Sicut ex beati Remigii hystoria: et cunctorum cronice elucide protestantur. Sic et enim eandem vineam: et regnum francie sibi precipuum at expressim approbatur: ac ex dei dispositione ad dictum regem : suosque successores pertinere memoratum donum munificum manifestat iuxta id quod legitur : et Luce. iiiii. [Luke, 4, 18]: In ysara scribitur "Spiritus domini super me, et qua unxit me" etc. Quamobrem vinea huiusmodi preelecta, id est, regnum francie et eius rex: et dominus plenior libertate quo ad cuncta. Et & donis potioribus (quibus profecto alium monarcham quempiam seculares comperimus minime) insignitum colletantur. Cum nec superiore domino confirmatione iuramento fidelitatis: aut alterius signi submissionis permissione aut uno ullatenus distrigatur qui fi. sint legi c. per venerabilem [Decretales, IV, 17, 13]. Et experientia docet. Et francorum etymologia manifestate unum. Et ei convenienter dicitur quod in psal., scilicet Eructavit,³ scribitur "Dilexisti iustitiam" etc. [Psalms, 44, 8]. Propterea unxit te debemus deus tuus oleo letitie: pre consortibus tuis, ubi coniunctio propterea si non pertranseat ociose notum facit limpide: que ut iustitiam faciat et sinceriter eam pre ceteris diligit. Dilectus eius ungitur oleo letitie: pre consortibus [5v] suis.

§Pref.4 Quod utinam iugiter reges francorum diligenter curarent contemplari. Profecto cum ad tempus mali sinant: et ob delictorum multitudinem nocendi facultatem divinitus assequantur. vii. q. l. sciscitaria. [Decretum, II, 7, 1, 37], lvi. di., si gens. [Decretum, I, 56, 9], deusque se peut principem et regnum eius "puniat malum illi sciscitat de domo eius," ii. Regum. xii. [2 Kings, 12, 11], ut bello intestino feriat l. ii. de ve. iur. enucle. [Cod., 1, 17, 2] et l. lege. cum suis si. [PENDING] et l. habere [Dig., 50, 16, 188]. Quam severius ledere solet : et si bellum hoc probativum sit virtutis non iudicium reprobatur, vii.q.i. adversitas [Decretum, II, 7, 1, 48], nam "omnes qui in christo pie vivere volunt persecutiones patiuntur", ii. ad. Tymo. iii, c. [2 Timoth. 3, 12]. Et hec utique peculiaris vinea et electa id est regnum francie : que diutius temporalibus olim unas fecerat: et

³ Most likely an effort to identify the Psalm in question by citing the first word of the first verse, but "Eructavit" is actually the first word of the *second* verse of Psalm 44.

PREFACE

§Pref.5 *John, Duke of Burgundy, is the Abimalech (and/or Absalon) of our time.*

§Pref.6 *Disobedience by the Duke of Burgundy makes for rot on the plants in the vineyard (i.e., the kingdom), but the Dauphin, along with the Duke of Berry and the Count of Poitiers, take care of the foliage.*

quibus unum probatissimum, id est, servorem charitatis et iustitie opera protulisset. hiis autem diebus novissimis tribulos gentes scilicet pestilentes rapaces superbas luxurie : invidieque vacantes et ebrietatem giginens. Et spinas eduxerat pariter, lambruscas deus inquiens, quid est quo debuerim ultra vinee huic, id est, huic regno francie facere, et non feci; hec habentur Isa. v. [Isaiah, 5, 4].

§Pref.5 Ostendens quid faceret regno ac regi eius et domino ramum scilicet Johannem ducem burgundie: de domo eius Abimalech. de isto habetur hystoria Judi. ix [Judic. 9, 49], videlicet de semine regio scilicet regis consanguineum adversantem sciscitavit: qui atque vineam istam Nabot scilicet regnum francie velut Achab; ambiens. hystoria huius habetur iii Reg. xxi, [3 Kings, 21] per blandimenta dicendo que exactiones et regia subsidia tolleret, et populum in libertate constitueret, quod non potuit, ac pollicendo iuxta illud. Pauli per dulces sermones "seducunt corda innocentium," ad Roma. ult. [Romans, 16, 18] oscula perversitatis; nam in patria regis tollere permittebat subsidia, que in propria patria non substulit, mentes virorum Israel et palmitum vinee, id est, habitatorum regni sollicitare, sicut Absalon contra verum suum regem, ut habetur hystoria ii Regum xv. [2 Kings, 15, 6-7]. non expavit rursus et fratres non consanguinitate, sed proteruitate et conspiratione ac affectione eius corda lignorum, id est vitium et infructuosorum hominum, qui ligna dicuntur, non arbores, quia fructus non afferunt sub conspiratis confictionibus ad suam perfidam sententiam protrahere.

§Pref.6 Porro et huius quoque vinee, id est regni infertiles, id est steriles homines ad quecunque bonum opus re probi palmites ac aridi. Quia de stirpe a vita vera, id est, obedientia sui domini sic humorem a vita vera non recipientes membra effecti sunt putrida et sicca propagines ad ramum, hunc ducem burgundie suas ut eas rigaret radices extenderunt innumerosos fructuosos palmites que eis non adherebant ex eo solo radicitus extirpantes regemque suum: et gubernatores vinee ramum constituentes iuxta quercum Judi ix. [Judges, 9]: Coniurationes murmuraciones invicem percusserunt fidelitatem iuratam illi policientes ionatem [read: Ioatham] autem de quo. iudi. ix. [Judges, 9], id est regis unigenitum Carolum scilicet dalphinum vienensis ducemque biturie et comitem pictavorem, qui solus de stirpe recta regis supererat et dirigente paraclito feliciter supererat de regni folio et eius gubernamine eius genitore Carolo rege vinee preelecte illustrissimo per infirmitatem impeditor suis conspiratis ausibus depellere comittuntur villas, unitiones, castra et urbes, preclare vinee regni violenter et tyrannice occupantes.

PREFACE

§Pref.7 *Murder of the noble Louis, Duke of Orléans, cousin of Charles VI, a decade ago, set in motion the decline of the vineyard to its perilous state at present.*

§Pref.8 *Loss of some great cities—Chartes, Tours, Rouen, Paris, Toulouse—and nearly all of Languedoc.*

§Pref.7 Sed olive et ficus, id est pii et dulces, probique homines qui per olivam et ficum signantur. Et alii fructus bonorum operuin affetatores alieque vinee arbores : fructifere vero domino et pastori vinee, id est regni inherentes, qui rami discutierunt. Ramus quidem est dux burgundie. Et ligna, id est homines perversi viles et infructuosi, ut vines, id est regnum, illis humilis permeneret. Et regimen illius eis non tolleretur immo itidem sibi conservarent fortes terre arbores, viros videlicet nobiles et magnificos regni, quibus rex regum vineam sepiverat; sicut regnum fratrem, scilicet illustrem Ludovicum ducem Arelianum germanum primi domini vine funditur et eo qui primo pacem simul fecerant solemnem et firmatam magnis permissionibus et iuramentis. Et que per insidias nulla praeunte diffidatione proditorie substulerunt. Cumque post decem vel circa annorum curricula fideles servos scilicet officarios suos ac colonos, id est incolas regni, cum tempus fructuum, id est emolumentorum regni advenisset, ut fructus scilicet regni emolumenta pro ipsius defensione adversus aprum regem, videlicet Anglie, se disponentem ad regnum lacerandum vinee hostem antiquum accimperent dominus et rex vinee Carolus rex transivisset coloni et agricole vinee, id est regni incole et habitatores populares, qui ad ramum suas radices protenderent servos alios, id est regis officarios repulerunt. Alios equidem ceciderunt alios in Sichem, id est, parrhisius. hysto. de Sichem habent Judi. ix [Judges, 9, 5] et domini, id est, regis vinee, lxx. fratres scilicet regis consanguineos et maximos officarios. ut comitem Ariminachi, conestabilem in cancellarium, et quasi omnes officarios palatinos regi in consilio et consistorio assistentes arbores potentes hoc currente anno ab incarnatione christi millesimo quadringentesimo octuagesimo occiderent, atque quascumque labores fructiferas de domo domini radicitur suffodientes stragem conspiratam horribilem per dies continuos facta pace inter eos et sic praeditorie in Sichem, id est, Parrhisius perpetrarunt regem captivum inde et extra regnum insollicite deducentes.

§Pref.8 Provide et cum idem dominus vinee preelecte, filium suum unigenitum inclytum Carolum dalphinus vienensem antedictum ad eos aequinimiter emisisset videlicet Parrhisius ubi tunc cum conestabili, cancellario et optimatibus regis. Idem unigenitus commanebat ab strage praedicta Josoba, historie haec de Josoba legitur. iiii. Reg. xi. [4 Kings, 11, 2 et sqq.], id est nobilis vir et strenuus dicens C de castro Parrhisiensis propositus regi fidelissimus memoratum unigenitum de medio filiorum qui interficiebantur sicuti Josoba⁴ Osiam eduxit et illum a facie a chalie. historia haec habetur iiii. Reg. xi [4 Kings, 21, 24] et interfecturum nec mactaretur liberavit illum tamen de

⁴ Should be Amon.

PREFACE

§Pref.9

Cologne resists the Abimalech-like king of England.

vineam, id est regni regimini, et [6r] obedientia eiecerunt et in domo domini ut in patriis biturie et pictaviae et villis paucis in obedientia remanentibus aliquanto tempore permensit, verum utinam mente non cogitaverint atque ore non dixerint hic est heres. "Venite occidamus eum et habebimus hereditatem," Matth. xxi [Matthew, 21, 38] insuper prohdolor coloni, id est ville regni et populares habitatores ut Carnotum, Turonis, Rothomagum, Parrhisius. Et quasi tota Francia, similiter Tholosana nemesis et quasi tota ligna occitana multum auri et argenti postmodo, id est omnem pecuniam domaynii et iuvaminum regionum dephano Abimalech Judi, xi [Judges 9] tradiderunt, qui ex eis viros exteros Italicos pedemontanos sabaudienses vagos et inopes mores conduxit et eum sunt secuti sic fraudulentos coloni, id est populares regni habitatores dominum, id est regem et sepem, id est dominum dalphinum et milites et alios regni defensores vinee, id est, regni fructibus eius illam scilicet vineam, id est regnum propria defensione frustrantes, nam omnem pecuniam regi illi et eius unigenito abnegantes. tradiderunt Abimalech et fautoribus eius et sic substrahentes pecuniam que instrumentum ad defensores habendum est necessarium, quia impossibile est egentem bene operari defensionem adversus aprum et emulos regis et regni dicuntur substrahisse quaque obrem dicti inopes Pedemontani italici et Sabaudienses vagi et exteri propagines vinee et fructuosos palmites, id est, proceres omnes quos poterant nobiles et ignobiles cuiuslibet conditionis etiam clericos et ecclesiasticos regi et eius unigenito adherentes et evellitur dirumpentes fructus et bona illorum diripiunt atque vastant circumspiciens aper, id est rex anglie, de silva vineam hanc electam agrediens exterminavit et subsannat; in psalmus Qui regis israel [Psalm 79, 2].

§Pref.9

Et singulis feris Abimalech dux burgundie depastus est eam Colonomum, id est habitatorum regni popularium proterva malitia qui scilicet populares, sepem arma et retia contra aprum, regem anglie et ferum infidelem Abimalech defensiva domino vero vinee regi francorum rebelliter substraxerunt. Sane rex supremus et dominus cuius iustitia est eius quia quicquid est in deo. Deus est existentia non patiens perpetrari tam gravia quia nullum violentum perpetuum nec in suis preelectis regnis in dominio longe diu prevalere condolens vinee, id est regni miseriis suum sanctum spiritum direxit in illustrem regis unigenitum Carolum dalphinum et illum vinee, id est, regno francie suscitavit salvatorem quem per sepem scilicet Baronum et militum, et virorum procerum qui fideles regi, et eius unigenito remanserant. Et arborum vinee, id est regni fertilium, id est, proborum fidelium fidele ministerium imprimis solium scilicet regis regere impediti. erectum sublimavit. qui scilicet dalphinus unigenitur profecto indutus armaturam dei et lorica iustitie : ac fidelem plurimorum: qui huiusmodi non assenserunt calumniis fretus auxiliis aprum regem anglie effugavit a vinea, id est regno francie et singularem fectu Abimalech aut destruet. sicut Osias iv. [Hosea, 4], Regum. xi. [2 Kings, 11].

PREFACE

§Pref.10 *Likening of the fate of Paris under the Duke of Burgundy to that of Shechem under Abimalech.*

§Pref.11 *Neighboring kingdoms—Germany, England, Italy, Aragon—indifferent to the plight of France.*

§Pref.12 *Hope for recovery and redemption: in Israel of yore, in France tomorrow.*

§Pref.10 Atalidem aut rerum creator piissimus inter ferus Abimalem ducem burgundie et Sichem, id est, parrhisius exterminativum conseret diffidium: et spiritum immittet: qui Abimalech Sichem, id est Parrhisius et habitatores eius demoliens puniet et confringet, et qui turrim excelsam, hec habentur Judi ix [Judges, 9, 51]. In fine in Sichem, id est parrhisius cohabitavit desuper iacentes fragmentum mole capiti eius allident cerebrum constringentes sic itaque deus aut alter ut eius scientia que est eius existens nomine ab eterno malum quod fecit Abimalech contra domum patris sui. Judi ix. [Judges, 9].

§Pref.11 Domum quidem francie de qua processit pater eius fratrem regis et suos precipuos damnabiliter perimi faciens perhorrenda morte reddet illi Sichinis quoque, id est, narrhisiensibus et vinee colonis, id est regni popularibus infidelibus pariter quidem sunt operati : et deveniet "super eos maledictio ionatam," id est domum delphini filii regis, haec habentur. Judi. ix. [Judges, 9,57]. Sed nec ex hiis nationes circumvicine^{†gl} ut Alemania. Anglia Italia Aragonia debent arbitrari yronice vineas hanc preelectam, id est regnum francie [6v] a deo derelectam^{†gl} aut ab ea suos pietatis oculos avertisse. nam quam propitius elegit : singulariter diligit et quarto eam diligit tanto munifico cum affectu paterno corripit. ad hebre xii [Hebrews, 12, 6-7], nam "quos amo castigo." apoca. iii. [Revelation, 3, 19]. "Quis enim filius sine crimine quippe nullus: quis profecto filius quem per diligens non corrigit," ad heb. xii. [Hebrews, 12, 6-7], si enim hec electissima vinea, vinea scilicet regnum francorum, extra disciplinam esset adultera : non die filiam diceretur. ad He. xii [Hebrews, 12, 6-7], non enim ea maior domino suo debet esse. Jo. xv. [John, 15, 20] et ma. x. [Matthew, 10, 24] qui eam plantavit : qui crucem sustulit: et varias persecutiones : qui enim crucem non accipit sicut ille : eo non esse dignus. quid ergo dicat dilectus eius rex vinee preelecte, id est regni francie cum psal. filii mei usque in saeculum super sedem meam. et psalma Memento domine David [Psalms, 131, 12], nam et si castigans castiget me dominium, morti tamen non tradet in ps. [Psalms, 135, 4]: Confitemini me que misericordia eius sperantes in eo circumdabit in psalm. Beati quorum deus et enim ex domo david : quem dixit esse patet cor eius et mandata eius custodivitur secutus enim eum in toto corde suo et quem primogenitum posuit excelsum pre regibus terre etc. in ps. [Psalms, 88, 28]; Mias suscitavit ei adversarium Absalon de domo eius. ii. Reg. xii et xv. [2 Kings, 12, 11 & 2 Kings, 15, 6-7]. Qui David genitorem suum in regno molestavit ii. Reg. xvi. [2 Kings, 16, 21].

§Pref.12 Atholida mater Ocosie regis Juda necato regio semine regnavit tyrannice per annos vii latente Joa filio oroaste quem clanculo a facie Achalie iosalia liberavit. Qui demum exigente justitia regnavit Achalia interempta a hec habentum iiii reg. xi [4 Kings, 11, 3] tyrannicis usurpationibus regna hec solida constiterunt. per hec namque diverticula vinea electissima

PREFACE

§Pref.13

Restoration of obedience to the Dauphin soon to come.

§Pref.15

Verities enunciated above to be elucidated in the three tractates that follow.

regnum francie in viam arctam per quam pauci introeunt mat. vii. [Matthew, 7, 14]. Que "multi sunt vocati" etc. dirigit Mat. xx [Matthew, 20, 16], ut per eam incedens et a deviis devietur non errans sicut et numquam erravit cum eius domus egia numquam fidei catholice macula affecta fuerit nec ruga suo cum vero pastori adhereat iesu christo: cuius vocem audiens illum cognoscat et agnum cognitum quocumque ierit insequenter apoc. xiiii. [Revelations, 14, 4] ut neque mors neque vita neque instantia neque future etc. Illam "separent a charitate dei que enim in christo iesu domino nostro" ad Ro. viii [Romans, 8, 39] et sub hac disciplina in praesenti que simplicibus non utinam esset gaudii scilicet memoris sic exercitata fructum assequens peratissimum [read: pacatissimum] iustitie, hec habent ad hebr. xii [Hebrews, 12, 11] audite iam primum memoriale illud verbum Jo. [non inveni] dominicum. Cum locum dictate "venite benedicti patris mei percipite paratum vobis regnum a constitutione mundi," mat. xxv [Matthew, 25, 34] quid eis crucis praestare dignetur ille unigenitus oriens ex alto christus iesus benedictus qui per tribulationes et crucem ascendit ad regna caelestia et vivit et regnat deus per omnia secula: Amen. [8r]

§Pref.13

Horum si quidem occasione exortis diffidiis et malitia membrorum civilis, misticive corporis regni huius (que exasperans multum imolevit) suggerente quibusdam propter infirmitatem amentie (quam rex [carolus](#)^{†gl} serenissimus egre impeditus) ad dominum dalphinum regis primo, et unigenitum annum agentem, xvii, regni regimen insolidum et suo iure; et nulli alii pertinere asseverantibus, alii autem astruentibus presertim propter etatem dicti domini dalphini annis xxv. minoris ad dictum Abimalech ducem spectare debere, illi (licet prohibiti fuerint) obsequentibus cum omni plena obedientia et de facto suae quibuslibet inherentibus prudentie quidam verbo dicto illustri domino dalphino regis unigenito obediunt; suum ut verum dominum et pastorem (quocumque ierit) insequentes dicto duci ore et mente famulantur precepta illius exequentes indefesse, nonnulli vero (ut dicunt) sue vere viti scilicet regi et illustri eius unigenito mente adherent sed dissimulantes (ut tempus rediment, et sua conservent) exterius dicto duci et angelis eius exterius, et publice (sicut et ceteri) famulantur; et insistunt, quidam vero dicunt eis displicere. sed non posse impugnare, nec contradicere; quid facerent (ut ferunt) si possent, ipsi tamen sicut et alii obediunt et cum ramo et eius angelis conversantur. [8v]

§Pref.15

Quoniam vero secundum apostolicum i. ad Corinthios xi. [1 Corinthians, 11, 19]: "oportet habere seu esse ut qui probati fuerint fient manifesti," maxime qui perversi se plerumque "transferunt in angelos lucis," ii. ad Corinthio, xi. [2 Corinthians, 11, 14]. Et "vita stulti recta in oculis eius," proverbiorum xii. [Proverbs, 12, 15] Ideo ut cunctis notum fiat: qui probati et vere : ac fructuosi invite permanserunt fructum bonum perferentes. Et qui in vite non permanserunt sed arefacti mittantur "foras in ignem," Jo. xv. [John, 15, 6] iccirco per horum et contingentium articulorum veritate exhibenda per debilis crediti mihi talenti modulo quia [divisio rerum](#)^{†gl} solet intellectum clariorem et in forma oculis exhibere pulchriorum, ut Insti. de lega .§sed non usque

PREFACE

§Pref.16

End of the Preface

Instit. 2, 20, 3] in tres tractatus (dirigente eo qui dixit "sine me nihil potestis facere" Johan. xv.

[John, 15, 5] hoc opusculum arbitror dividendum.

§Pref.16

Proemii finis.